

## LXXIII

## HILDEGARDIS AD CONGREGATIONEM MONIALIVM

a. 1161-1163 (

Inueni uoluntatem Dei in sacrificio huius populi, et locum et staturam eius. Et hi habebant pennas felicitatis ac beatitudinis. Sed nunc insanabile uenenum aspidum super eos cucurrit. Et admonitionem Spiritus Dei audiui, illos ad admonendum et corripendum, quemadmodum scriptum est: *Ite in castellum quod contra uos est, et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Soluite et adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, et confestim dimittet eos.* Et iterum in alio modo dictum est: *Amen dico uobis: Nescio*

10 uos.

O ue irrisioni, et o ue errori illorum qui uolunt dicere quod contradictio discordie mala non sit, que se contra celum exaltauit et in infernum cecidit, ita quod omnia elementa turbauit ac subuertit. O floriditates uirge, audite quod scriptum est: *Letare sterilis que non paris, erumpe et clama que non parturis, quia multi filii deserte, magis quam eius que habet uirum.* Et iterum audite quod dictum est: *Surge, illuminare, Ierusalem, quia uenit lumen tuum et gloria Domini super te orta est.*

Et ideo fugite insanabile uenenum aspidum, quia propositum uestrum in quo Deum amplexu estis, non decet ut in uanitate ambuletis et in ueneno pulluletis. Nunc uobis sit salus in cornu

Ep. LXXIII

cod.: W (f. 44r-45r).

ed.: PI 55, p. 530 (cfr W).

comm.: A. FÜHRKÖTTER, *Das Leben der heiligen Hildegard*, 21980, p. 155, annot.

46.

LXXIII, Tit.: Sororibus de Elsun Hild. W

LXXIII, 3 uenenum aspidum] cfr Deut. 32, 33; Ps. 13, 3; 139, 4; Rom. 3, 13.  
 5/9 Ite - eos] Matth. 21, 2-3. 9/10 Amen - uos] Matth. 25, 12. 15/  
 16 Letare - uirum] Gal. 4, 27; cfr Is. 54, 1. 17/18 Surge - est] Is. 60, 1.  
 19 insanabile - aspidum] cfr 3. 20/21 in uanitate ambuletis] cfr Iob 31.  
 5. 21/24 in cornu - suis] cfr 2 Reg. 22, 1 eqs.

LXXIII, 1/2 et staturam] statutum PI

5 in 1. lin. W

16 que] qui PI

11 nolunt W (corr. PI)

3 nunc] nec PI 4 et] uel PI  
 12 discordie] misericordiae PI

salutis, in quo Dauid ascendit ad humanitatem Saluatoris per  
quam admonitus est, ita quod reuersus est ad penitentiam de  
peccatis suis. Modo autem festinanter currite ad me, et afferte  
25 mihi uitulum sacrificii.

## DISIBODENBERG

## LXXIV

CVNO ABBAS AD HILDEGARDEM

a. a. 1155

Cuno abbas de monte sancti Disibodi, licet indignus, Hilde-  
gardis, domine et matri sue dilectissime de monte sancti Ruperti,  
gratia Dei tantillum quod est.

Quia uariis hinc inde prepeditus occupationibus per aliquod  
5 tempus supersedi inuisere, salutare uos et alloqui, accepta nunc  
opportunitate temporis, eo me attentius orationibus uestris  
committo quo me, proh dolor! inueterari potius in augmento  
delicti quam in aliquo profectu iustitiae recognosco.

Sed quoniam sanctitas uestra in eo qui non fallit nec fallitur  
20 plurima secreta Spiritu uidet, peto ut, si qua de patrono nostro  
beato Disibodo Deus uobis reuelauerit, mihi aperiat, quatenus  
cum fratribus meis illi ex hoc deuotissimas laudes referre non  
differam.

Sed et quia negligentiam que in me est, nulla mee possibili-  
25 tatis manu de me excutere possum, suffragium tam uestrum  
quam ceterarum filiarum Dei uobiscum conuersantium deuoto  
corde requiro. Et non solum paruitatis mee personam, uerum  
etiam commissos mihi fratres et locum nostrum orationibus  
omnium uestrum commendo, sicut etiam cum apud uos sum,  
20 uiua uoce sepius facere soleo.

Ep. LXXIV

add.: R (f. 346v<sup>a-b</sup>); W<sup>r</sup> (f. 67v<sup>b</sup>-68r<sup>a</sup>).

ad.: PL 38, 203A-B (cfr R).

LXXIV, Tit.: Abbas sancti Dysibodi Hildegardi R Epistola abbatis de  
monte sancti Disibodi ad s. Hil. W<sup>r</sup>

LXXIV, 2 Ruperti *scripsi*] Roberti R Rûperti W<sup>r</sup> 5 nunc] tunc PL\* 7  
[inueterari] inueniri W<sup>r</sup> 8 aliqua PL\* 9 quoniam] quia PL non] nec  
PL\* 10 spiritu *in marg.* W<sup>r</sup> uides W<sup>r</sup> 14 et *om.* PL